



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

II. Photij expositio refutatur, quæ omnes quæstiones canonicas tribui putat
Episcopi CP. non autem solam relationem rerum dubiarum. Opinio viri
erudit, qui censem innovationem à lege damnatam ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

& Imperij Lib. IV. Cap. II. 201

subreptione remota , statuimus observari quod prīsa apostolica disciplina & canones veteres eloquuntur. Super qua re , secundum formam oraculi perennatis tua . ad viros illustrēs Prefectos presory Illyrici nostri scripta porreximus , ut cessimibus Episcoporum subreptionibus , antiquum ordinem similiter faciant custodiri ; ne venerabilis Ecclesia sanctissima Virbis privilegia à veteribus constituta amittat , que perenne nobis sui nominis conseravit imperium.

& præcipue Clericorum patrocinium , & tranquillitatis publicę cura ad eos spectaret. Id eximiē docet libellus porrectus Marciano ab Eusebio Dorylaei Episcopo , & insertus Actis Concilij Chalcedonensis ; ubi de iis quę adversūm se à Dioscoro patrata erant in Ephesino Concilio graviter conqueritur:

Intentio & propositum est majestatis vestre , uni-

II. Restat ut Photij dolosam exppositio-
nem paucis refellam : qui studio augenda
Constantinopolitanae sedis , quam invase-
rat , indefinita locutione omnia canonica
judicia in Illyrico acta ab Archiepiscopo
Constantinopolitano & ejus synodo defi-
nienda esse ait. Quod alienum est à mente
Theodosij , qui definitions istas synodis
provinciarum , vel etiam generali synodo
Diocesenos Illyricianæ attribuit , non autem
synodo Constantinopolitanae. Quæstiones
enim ista locis suis & à sua Dioceselos syno-
dis audiri debent , ut inquit Valens , Gra-
tianus , & Valentinianus ; idque diserte cau-
tum est canonibus Secundæ Synodi. Id
unum exceptit Theodosius , ut si quod du-
biūmergeret , ad sedem Constantinopo-
litanicam referretur. Itaque quod de una spe-
cie dictum est , ad omnes generaliter trahi
non debet. Porrò vir illustrissimus & erudi-
tissimus in specie hujus legis fingenda lap-
sus est. Existimat enim Theodosio ab Attico
Episcopo Constantinopolitano suggelatum
fuisse , Illyrianos Episcopos res novas mo-
lientes , à sedis Constantinopolitanae obse-
quio recessisse , sub Arsacio decessore suo , &
hoc colore eliciisse rescriptum illud , quo
cessante illa innovatione , veteres canones
servari præcipiuntur ; scilicet , ut ille expli-

Mr. Carl Ferroni,
A.M.A. Reg'd.

levior, præsumptio, &c. cat, canon Secundæ Synodi, quo primatus defertur Episcopo novæ Romæ, post Romanum Episcopum. Sed adeo apertum erat Illyricum nunquam sedem Constantinopolitanam coluisse ut nemo tam perficta frontis fuisse censendus sit qui libertatem Illyrianorum, innovationem appellaret; præfertur cum ipso canone secundo CP. (quem sub nomine verutatis & pristinorum canonum vult significari vir summus) nulla Diœceseos Illyriciana mentio facta fuerit, sed tantum Ægyptiacæ, Antiochenæ, Asiae, Pontice, & Thracice; ut alibi monui.

III. Ut autem redemptam ad Principium auctoritatem; non solum lege generaliter lata canones adversus novitates vindicabant, sed etiam specialiter injuriam illatam in iudiciis canonicis per canonum violationem decreta suis resarciebant, si quis ad eos querelam suam deferret. Cui rei ex officio incumbebant, non solum quod canonum custodia illis commissa esset, sed etiam quod civium

& præcipue Clericorum patrocinium , & tranquillitatis publice cura ad eos spectaret. Id eximiè docet libellus porrectus Marciano ab Eusebijo Dorylai Episcopo , & insertus Actis Concilij Chalcedonensis ; ubi de iis quæ adversum se à Diocesoro patrata erant in Ephesino Concilio graviter conqueritur: *Intentione & propositum est majestatis vestre, universis quidem sibi subditis providere, & manum porrigit omnibus in justè oppressis, præcipue tamē fungensib[us] sacerdotio; in hoc doxinitati placentes, à qua vobis imperare & dominari sub hoc sole donatum est. Ergo quoniam multa & dira & contra omnem consequentiam fides que in Christum est, & nos, sumus perpessi à reverendissimo Dioesoro Episcopo Alexandriae magna civitatis, adimis vestram pietatem, supplicantes iustitiam promereri.* Vnde pater Eusebium fiducia patrocinij ductum, quod Marcianus Sacerdotibus oppressis praestare tenebarur, ad eum accessisse, ut Principis auctoritate ius suum consequi posset, ob ea que contra canones à Diocesoro gesta erant Ephesi. Basilianus quoque Ephesi quondam Epifelopus preces obtulit Marciano, quæ relate sunt in Concilio Chalcedonensi ; quibus iniquo iudicio se ab episcopatu depulsum exponit, subsidiūmque regie tuitionis exposcit: *Omnis salua violentiam patientium post Deum vestra tranquillitas est, præcipue autem Sacerdotum Christi. Quapropter & ego ad has preces veni provulsus vestigiis vestris, ut in his mei miserebamini.* Eunomius Episcopus Nicomedie in Bithynia auxilium quoque Marciani implorat adversus invasionem Anastasij Nicenæ, quia, ut inquit ille, *imperium Principi collatum est ad salutem orbis & pacem Ecclesiarum.*

I V. Tot nominibus adstricti Principes ad juvandos eos qui de aperta canonum violatione & de judicibus ecclesiasticis conque-rebantur, duorum alterum faciebant; aut ipsi cognitionem suscipiebant, eo tantum fine ut illis de violentia constaret, quam deinde amoveri procurarent; aut aliis modis prospiciebant, de quibus dicemus se-quentibus capitibus. Cum autem harum re-rum probatio ex historia Conciliorum pe-tenda sit, qua nobiles tantum eventus re-censer, pauca sed illustria proferemus testi-monia. Et quidem à B. Athanasio Alexan-drino auspiciabimur, qui primus omnium à judicio adversum se redditio in Concilio Ty-rio Constantinum Augustum provocavit. Princeps autem appellationem suscepit; & partibus diem dixit, qua se in Confistorio suo sisterent. Rem gestam narrabo; ut om-nibus pateat hanc appellationem ejus gene-ris esse qua hodiernis appellationum tan-quam ab abusū formulis apprime responderet;

二、國語的方言問題。

3. ແກ້ວມະນີ ທີ່
ນັມເຕີຣາ ຂົມຄົງ
ທີ່ ດິຈຸລາວ ດີ-
ດູນທີ່ ຕຸກຊີ.

Ad. xi. Come
Chalced. πάτερ
επιστολή την βίαια
παραχώντας ουτό την
Σούτη μετατρέ-
παλασμόντας αυτήν
καὶ, διαφέρειν από
την ιδέαν της χρι-
στού. Στην καταγραφή
της ή της θρα-
σείας στην Αγία
Εκκλησία της Αγίας
Θεοφάνειας, η οποία
επέβαλε την παρα-
τηρηση της Εβδομάδας

* A. G. XIII. Οὐαὶ
τῷ Σατανᾷ ποὺ οὐκ
εἶ πρεσβύτη τὸν τι
λαύνει σωτηρίας.
Τέλος εἰκόνων, η
εἰρώνευτὴ τῶν ἀγίων
εἰκόνων, μίκρη
οὐδὲ μεγάλη θεα.